

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Accidia h
cum fontibus proximo et primo

Accidia circa horam sextam maxime monachum inquietat,
ut quedam febris ingruens tempore prestituto,
ardentissimos estus accensionum suarum
solitis ac statutis horis anime inferens egrotanti.

Iohannes Cassianus libro X. de institutis monachorum.

Sed acedia est huiusmodi: dicit enim Cassianus,
in X lib. *de Institutis Monasteriorum*:

Maxime acedia circa horam sextam monachum inquietat,
ut quaedam febris ingruens tempore praestituto,
ardentissimos aestus accensionum suarum
solitis ac statutis horis animae inferens aegrotanti.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,
35.1.2 (P. Caramello ed., p.191).

→ Sextum nobis certamen est, quod Graeci ἀρηδίαν [acedia]
uocant, quam nos taedium siue anxietatem cordis possumus
nuncupare. adfinis haec tristitiae ac solitariis magis experta et
in heremo commorantibus infestior hostis ac frequens,
← maxime circa horam sextam monachum inquietans,
ut quaedam febris ingruens tempore praestituto
ardentissimos aestus accessionum suarum
solitis ac statutis horis animae inferens aegrotanti.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 10.1
(CSEL 17.1, M. Petschenig ed., pp.173-4, ll.20-22, 1-4).